

Cum pasceue sit preparatio ad festiuitatem pasce-
tis, videtur hæc dies fuisse aut die pasce, aut die sequen-
ti: sed de hoc amplius considera. Ideo rogant custodiri
sepulchrum. Pro custodiri est verbum Græcum ἐσφα-
λίστηται, quod significat munire, & pestulo obfirmare.
Petunt autem à Pilato vt militum præsidio muniat, qui-
bus Pilatus ait: *Ite, custodite sicut scitis.*

*Illi autem abeuntes munierunt sepulchrum, † signantes la-
pidem cum custodibus.* † Marc.
15. g.

Pro signantes Græcè est ἐσφραγίσαντες, Id est, sigillan-
tes lapidem, quem ad ostium monumenti Ioseph adu-
uerat. Neque enim contenti mole illa lapidea, quæ mul-
ti homines vix mouere poterant, publicum adhuc præ-
toris sigillum apponi curauerunt vnà cū militum custo-
dia, verū scilicet, ne corrupti milites lapidem auferrent,
quem adhibito prætoris sigillo ausi non essent auferre.

CAPVT VIGESIMVM OCTA VVM.

CHRISTVS absque sepulchri fractura resurgens cu-
stodes perterruit: resurrectionem suam per angelos mu-
lieribus, & per mulieres discipulis ostendit: Iudæi
verò data custodibus pecunia vt celarent,
celare non potuerunt.

Vespere autem sabbati que lucefcit in prima sab-
bati, † venit Maria Magdalene & alte-
ra Maria videre sepulchrum. Et ecce terræ-
motus factus est magnus: Angelus enim domini
descendit de celo, & accedens reuoluit lapidem, & sedebat
super eum. Erat autem aspectus eius sicut fulgur, & vesti-
mentum eius sicut nix. † Marc.
16. a.
Luc. 24. .
Ioã. 20. a

Vide quomodo vespere sabbati lucefcere possit pri-
ma dies sabbati. Nempè quia vespere illius hebdomadæ
nocte fortè media cū iam diluculum primæ diei lu-
cesceret, quod Marcus dicit valde manè orto iam sole,
Ioannes autem manè dicit: cū adhuc tenebræ es-
sent: sub ipsa scilicet aurora, mulieres quæ feria sexta
dominum fuerat secutæ, die sabbato paraauerunt aroma-
ta, quæ die dominica attulerunt ad dominicum corpus
vngendum. Angelum autem Domini inuenerunt à
patre missum, inuenerunt resurrectionem eius annun-

ciantem, qui prius illius nunciauerat incarnationem.

Præ timore autem eius exterriti sunt custodes, & facti sunt velut mortui. Respondens autem angelus, dixit mulieribus: Nolite timere vos. Scio enim quod Iesum qui crucifixus est, queritis. † Non est hic, surrexit enim sicut dixit. Venite & videte locum ubi positus erat dñs. Et cito euntes dicite discipulis eius quia surrexit: Et ecce præcedet vos in Galileam. Ibi eum videbitis, ecce, prædixi vobis. † Et exierunt citò de monumento cum timore & gaudio magno, currentes nunciare discipulis eius. Et ecce Iesus occurrit illis dicens: Auete. Illæ autem acceperunt, & tenuerunt pedes eius, & adorauerunt eum. Tunc ait illis Iesus: Nolite timere. Ite, nunciate fratribus meis, ut eant in Galileam: Ibi me videbunt.

Angelus à patre missus resurrectionis ordinem manifestat, reuoluto lapide, illi assidet, mulieres ad discipulos mittit vt de resurrectione fiant certiores: Iphis autè euntibus occurrit illis dominus, & quæ iusserat angelus id ipsum & ipse iubet.

Quæ cum abiissent, ecce quidam de custodibus, venerunt in ciuitatem, & nunciauerunt principibus sacerdotum omnia quæ facta fuerant. Et congregati cū senioribus consilio accepto, pecuniam copiosam dederunt militibus, dicentes: Dicite, quia discipuli eius nocte venerunt, & furati sunt eum nobis dormientibus. Et si hoc auditum fuerit à præside, nos suadebimus & securos vos faciemus. At illi accepta pecunia fecerunt sicut erant edocti. Et diuulgatum est verbum istud apud Iudeos vsq; in hodiernum diem.

Custodes miraculum confitentur, ad vrbè conciti redeunt, nunciant principibus sacerdotum quæ viderint quæ facta conspexerint. Illi qui conuerti debuerant ad pœnitentiã, & Iesum quærere resurgentem, perseverant in malitia, & pecuniam ad vsus templi datam, vertunt in redemptionem mendacij. Hiero. Ibidem.

Vndecim autem discipuli abierunt in Galileam, in montem ubi constituerat illis Iesus.

Hunc montè nò describit Euāgelista, sed videtur esse

Tha-

† Mar. 16.

c.

Lu. 24. b.

† Mar. 16

b.

Mar. 24.

a.

Thabor inter montes Galilææ celeberrimus, & transfiguratione, & orationibus Christi laudabilis. In quo etiam præclara veteris testamēti gesta referuntur facta in locis Hebraicis.

Et vidētes eum adorauerunt, quidam autem dubitauerunt. Et accedens Iesus locutus est eis, dicens. † Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. † Su. 1. g.

Ex hoc apparet quod hæc apparitio nequaquam facta est solis vndecim, quia iam tum non dubitabant, cū iam confirmasset Thomam Christus. Quapropter putat nonnulli hanc apparitionem maximam fuisse de qua Apostolus 1. Corinth. 15. Deinde visus est plusquam quingentis fratribus simul. Nisi dixeris paruulam circa nonnulla fuisse in quibusdam dubitationem, quam illis in die ascensionis exprobrauit vt Marci vltimo. Nouissimè autem recumbentibus illis vndecim apparuit, & exprobrauit incredulitatem eorum & duritiā cordis: quia ijs qui viderant eum resurrexisse, non crediderunt. 32. q. 4. c.

† Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij et spiritus sancti, docentes eos seruare omnia quæcunque mandaui vobis. cap. Re. currat. §. His ita.

Ne putemus inquit Hierō. leuia esse quæ iussa sunt & De conpauca, addidit: Omnia quæcunque mandaui vobis: vt secre. di. quicunque crediderint, qui in trinitate fuerint baptizati, omnia faciant quæ præcepta sunt. Hinc manifestū est quædam præter fidei articulos & baptisma seruari oportere, nec sufficere fidem, & baptismum, sed & consequenter exigi fidei & charitatis opera. Proprie.

Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi.

Vel hinc patet duraturam vsque ab Christi aduentum Ecclesiam, cui se adfore promittit perpetuum non visibiliter sed spiritualiter:

licet etiam corporaliter affuturus sit in iugi sacramento

& sacrificio Euchari-

stiz, sed non vi-

sibiliter.

Finis Annotationum in Mattheum.

Handwritten notes in Latin:
 Evangelij secundum Mattheum
 secundum quod dicitur ab Apostolo per
 hoc dicitur, quod dicitur vobis a
 patre, et ad ipse dicitur dicitur
 postea, et in principio dicitur
 et in libro dicitur.